1628. 4. 30. 7bris. Ex Ms. Arch: Stan: Aug: Regis.

283

Libertatio Bonorum Episcopatus Culmensis ab omni clade militiarum Gustavi Ducis Sudermę.

86

Gustavus Adolphus Dei Gratia Svecorum Gottorum Vandalorum Rex Magnus Princeps Filandiæ, Dux Estoniæ et Careliæ nec non Ingriæ Dominus. Gratiam nostram ac Favorem Magnifice ac Generose Dzialyński. Sitam piè suorum salutem quæsivissent, quam cautissime libertati populi nostri hactenus invigilarunt Regis Vestri consultores, rectius fortasse valeret Polonia, nec nos causam haberemus securitatem propriam in alieno dispendio vindicandi. Sed cum ea sint in nostrates dominandi libidine affecti, ut nec quidem post triginta annorum clades ad has Provincias quam longissime transferri cogamur. Etsi igitur justissimam causam habeamus, eos omnes, non modo qui hæc consilia, sed etiam qui militem, arma, comitatus, pecuniam, (: quibus hactenus infestati sumus:) subministraverunt, desperatis quietis mediis, ferro, flammaq; ad extremum persequendi, vel si non aliud, saltem vastitas tandem bello finem imponeret. Quia tamen novimus cum reliquum Poloniæ miserum populum, tum potiorem Nobilitatis partem non tam sponte sua quam obsequij necessitate contra nos bellum continuare, nihilq; ardentius cupere quam pacem, nisi ab earum libertate in tam servilem conditionem positi essent, ut alienæ libidinis ambitionem proprio adhuc sanguine alere colerentur. Factum est ut in eos hactenus moderativorum armorum nostrorum jure usi essemus; in quorum numero cum te quoq; in Episcopatu Culmensi principem locum tenere intelligeremus, non modo subditorum tuorum cædes, et bonorum tuorum direptionibus transeuntem exercitum abstinere, sed etiam constitutis præsidiis prædia tua à militari incendio servare jussimus, ut adhuc tibi animum faceremus, pacifica potius quam viventa nobiscum media quærendi. Hæc autem dimissio cum captivo famulo tuo tibi renuntiari voluimus, ut cum pacis vel inducianum media desperata videantur, cæteris Diœcesis Ordinibus, ac præcipue Nobilitati, saltem neutralitatem nobiscum statuendam suaderes. Quod si itaq; huic eos induce-

res

res, ut mittant ad nos Nuntios de neutralitate, conditionibus actas res et honestas et Polonam Nobilitatem decentes, conditiones, non dene: gabimus, quibus universi suis domibus bonisq̃ quietè gaudere possint, sin vero commoditate pacis et inducierum rejecta neutralitate quoq̃ bellum præferetis, sancitum est ut bellum qui eligit, bello quoq̃ inte: reat. Dabantur in Castris nostris ad Stansburgam die XXX. Se: ptembris 1628.= Joannes Juliverus Secretarius S. R. Mttis.=